



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Testamentum animæ cum Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

405
N-TESTAMEN-
TVM ANIMAE
CVM DEO
PATRE, FILIO,
ET SPIRITV SANCTO,
VERO DEO, SOLO DEO,
OPTIMO DEO.

AD summam, atque altissimam
maiestatem DE I Patris: Et
IESV Christi Domini & Redemp-
toris nostri: DE I & hominis, Et
SPIRITVS SANCTI itidem
DE I. Tres personas in vna sola ef-
fentia: Pauper anima, ad supre-
mum perfectionis gradum aspi-
rans, in Spiritu contrito & hu-
miliato conuersa, clamat: dicens.

Benedictio, & claritas,
& sapientia, & gratiarum
actio, honor, virtus, & for-
titududo DE O nostro.

IN

406 TESTAMEN. ANIMAE
IN NOMINE
PATRIS, ET FILII, ET
SPIRITVS SANCTI,

Amet.

Tibi DEO & creatori meo, PA-
TRI, FILIO, & SPIRITV
Sancto, Ego misera & infelix ani-
ma, N. hoc testamentum condoin-
quo tibi me dedo & consecro, in
sponsam, in famulam, aut, vt expres-
sius dicam, in perpetuum manci-
pium, cum firmo & stabili propo-
sito tuam sanctissimam, iustissi-
mam, & rectissimam voluntatem,
cum perfecta me ipsius abnegatio-
ne in omnibus inquirendi ac perfici-
endi.

Ac proinde manu propria hoc
testamentum scribo: tali cum in-
tentione, animo, virtute, efficacia,
donatione & resignatione, quan-
tum tu DEVS concipere potes
maximam: Et pleno perfectoque
cum corde, me ipsum tibi sine vlla
contradictione offerendi ac deuo-
nendi, vti infra describam.

Hoc

PARS TERTIA. 407

Hoc autem cum optimis quibusque modo, verbis, clausulis, & conditionibus facio. Atque ad illius confirmationem testes aduoco Beatis. **MARIA** virginem caelorum reginam, omnesque pariter Angelos, & Sanctos celestis Paradisi: quos humiliter rogo, ut pro me Deum exorent, quo huic meae pollicitationi, secundum possibilitatem, ex toto corde satisfaciam, quam facio, & me facere profiteor, ad gloriam, laudem, & honorem solius **DEI** & Patris mei. Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vnus, solus, veri, & viui Dei. quem, usque ad profundum abyssi inclinatus, summa cum animi reuerentia & submissione, adoro, confiteor, colo, & reuereor, cum maximo, quem ab omnibus simul creaturis tibi fieri posse, mens tua, **DEVS** comprehendere potest affectu: Teque obsecro, ut per tuam immensam bonitatem & misericordiam gratum acceptumque habere digneris, hoc meum scriptum, siue Testamentum, meque

408 TESTAMEN. ANIMAE
meque in ancillam, ac mancipium
perpetuum assumere: illudque fi-
gillo incoelis coram Beatissima
Matre tua, Angelis, & Sanctis omni-
bus, munire ac roborare.

In nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritus Sancti Amen.

Subsignatum ^{as} sigillatum san-
guine I E S V Christi.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui Sancto. Amen.

Cant. 3.

*In lectulo meo per noctes quaesivi quem
diligit anima mea: quaesivi illum, & non in-
veni, surgam.*

O I E S V dulcissime, & unica
spes animæ meæ cur fugisti à me?

Vbi locorum, ô bone I E S V, ab-
scondus es, cum iam dudum te qua-
ram, nec tamen inueniam? quomo-
do, ô I E S V suauissime, fieri potest,
vt sis intra me, extra me, ad latus
meum, à dextris & à sinistris meis,
& nihilominus te non reperiam?

O I E S V quid causæ est, quod
cum intra me sis per potentiam &
præsentiam, nihilofecius, longè sis
à me misero peccatore per gratiâ?

O Do-

O Domine, quantum perspicio, causa hæc est, quia te non quæsi cum diligentia qua debui.

O IESV, causa in promptu est, non quæsi te, sed me ipsum: atque idcirco Domine de cætero te solum quærere cupio.

O IESV crucifixe, noli me derelinquere, quia nihil aliud præter te desidero: ac proinde ut tibi placeam, in posterum sedulo me ipsum in infra scriptis exercitijs exercitare, atque ad dulcissimum Amorem tuum crebris suspirijs aspirare propono.

Tecum Domine, in silentio & spiritu loqui cupio. quandoquidem quid velim, optimè perspectum habes, cum tu sis D E V S, qui corda scrutaris omnium, ac minimos etiam nutus eorum intelligis. Tecum igitur Domine pactum hoc, siue foedus inire cupio, ut quotiescūq; certè quædam suspiria etiam sub silentio, emisero: tu per ineffabilem misericordiam & bonitatem tuam, illa ita à me abiecto & inutili seruo tuo

S susci-

410 TESTAMENTI. ANIMAE
suscipere digneris, quemadmodum
infra subijciam.

SUSPIRIUM PRIMUM
Oblationis.

Quotiescunq; igitur, ô Iesu, sus-
pirium emisero, atque corde
aut ore dixerero; **O IESU TIBI**
OFFERO: moxque substitero, to-
ties intendo cum ea efficacia & af-
fectu, quem tu concipere potes
maximum, Maiestati tuæ infra scri-
pta cuncta offerre.

Offero tibi meipsum in corpore
& anima, in seruum & mancipi-
um: simulque tibi offero omnes co-
gitationes, verba, & opera, memet-
ipsum perfectè abnegando, atque
integrè in sanctissimum benepla-
citurum tuum resignando, ita ut nihil
velim aut nolim, nisi quomodo, &
quantum tibi placet.

Abrenuntio Mundo, Carni, & Di-
abolo, ac tibi me totum offero, sicut
vis, ut me tibi offeram.

Offero tibi diuitias vniuersarum
rerum conditarum, & earum quas
create